



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

**Parisiis, 1644**

XLVII. Vt de alieno monasterio receptos, nec praepositos monasterii, nec  
clericos liceat ordinare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

ANNO CHRISTI 424. gatiano : conuentis ergo & correctis his qui culpabili pertinacia fugam eiusdem Equitii expectandam putabant, cum omnium voto eis episcopus ordinetur. Si autem illi pacem considerare noluerint, non impediant in eligendo ad ordinandum præposito utilitatem tanto tempore ecclesiæ destituta.

X L V I.

Rursus constitutum est, ut quoties clericis convictis & confessis in aliquo crimen, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum atque gentilium, (si forte causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam afferere) intra annum excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum causam suam purgare contemperint, nulla eorum vox postea penitus auditur.

11. quæst. 3.  
Rursus cō-  
stitutū est.  
Et in Car-  
thag. V.  
cap. 12.  
Cod. Can.  
cap. 79.

X L V I I.

Item placuit, ut si quis de alterius monasterio repertum, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in suo monasterio maiorem monasterii constituerit; episcopus, qui hoc fecerit, a ceterorum communione sciunctus, suæ tantum plebis communione contentus sit: & ille neque clericus, neque præpositus perseveret.

Dicit. 58. Si  
quis de al-  
terius. Et  
in Cartha-  
ginensi V.  
cap. 13.  
Cod. Can.  
cap. 80.

X L V I I I.

Item constitutum est, ut si quis episcopus heredes extraneos a consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos aut paganos, ecclesiæ prætulerit, saltem post mortem anathema ei dicatur, atq;

Cod. Can.  
cap. 81.

Concil. Tom. 4.

Yyy ij